Alios docere ẽ proprie facultatis induſtria
Oportet ꝙ aliquis prius diſcat q̄z doceat.
Rerum affectus opis exibitione declaratur.
O q̄z felicis exitus venerãda eſt cõmendatio
Nulla ſiq̄dẽ res diſcipulo magis ꝑniciosa q̄z vita mgr̄i cõtumelioſa
Oportum⁹ eẽt mechanice arti deſeruire q̄z negligẽtie iugo onerari
Sicut in vnoquoqz ope mater eſſe inueniať conſtantia. ita vniuerſe doctrine nouerca ẽ negligentia.

¶ Sequũtur auto. platonis in thimeo

Platonis vt ait helimãdus cõſuetudo fuit libros ſuos intitulare nominib⁹ magiſtrorum ſuoꝝ. vel eoꝝ qui magiſtros ſuos docuerũt ꝓpter maiorem autoritatem quod ⁊ magiſter walter⁹ burley anglic⁹ cõfirmauit
Fuit autem plato ciuis athenẽſis. magiſter ariſtotel' ⁊ auditor ſocratis natus tp̄e darij regis perſarum patre ariſtone de genere neptalim. matre parcion de genere ſapiẽtiſſimi ſalomonis. Obijt autem anno etatis ſue. lxxxi natalis ſui die ſcḋm ſenecam in epiſtolis

In omnibus ſiue in maximis ſiue in minimis diuinum auxilium debet implorari.

Nihil ẽ ortum ſub ſole. cui⁹ cauſa legitima nõ preceſſerit

In omni tractatu fieri debet. vt inter initia cõſideretur quid ſit illud de quo agitur.
Operi ſuo dat opifex formam.
Mundus a deo factus eſt.
Deus autor maximus eſt.
Optim⁹ eſt mundi autor ⁊ ab optimo lõge inuidia relegata eſt
Bonitas dei fuit cauſa factiõis mũdi. et origĩs oĩm rerum.
Unus eſt tantum mundus.
Nõ decet rem eſſe antiquiorẽ a primo genitore rege
Tempora maxime diſtinguũtur ꝑ motum ſolis.
O dij deoꝝ quoꝝ opifex. i. pater ego ſum. dij deoꝝ vocãtur intelligẽtie et corpa celeſtia natura ſolubilia: ſ; dei volũtate ꝑpetua.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Ad hoc aīa est cōiuncta corpi vt feneret sciās ⁊ ꝟtutes
Si autē cum magno fenore veniet benigne recipiet a suo creatore. si au tem nō relegabit ad infernum
Propter hoc enim nobis datus est sermo vt presto nobis fiant mutue. voluntatis indicia.
Deus ē summū bonū sup oēm substātiam. oēmqꝫ naturā quē cuncta ex petūt. cū ipse sit plene ꝑfect⁹ ⁊ nulli⁹ societatis indigēs

¶ Sequūtur autoritates Apulei africani platonici lingua latina do ctissimi qui succedens platoni floruit athenis
Summus deus est infinitus. non solum exclusione loci. sed etiam nature dignitate.
Prestantissimū aīalium gen⁹ in terra ē homo
Dij ab omnibus differunt nature dignitate. perfectione. vite perpetui tate. loci sublimitate.
Nihil deo est perfectius. nihil potentius.
Cōuersatio mutua cōtemptum parit.
Deus ab omnib⁹ animi passionib⁹ liber est. Vñ nec dolere nec letari pt et hoc est verꝫ ad nostrum cōceptum.
Demones sunt animalia aīo passiua. mente rationabilia. corpore aerea. tempore eterna.
Magna ē dignitas sapieꝗ societatē summo deo coequat
Nihil eñ deo similius vel gratius qꝫ vir aīo ꝑfectus
Bonus ē qui in tantū ceteros homies antecellit. in quātum ipse a dijs immortalib⁹ antecellitur.
Si laudas aliquē qꝛ generosus ē. parētes ei⁹ laudes si qꝛ diues fortune huc debet. sed si qꝛ formosus aut validus ē. egritudie fatigabit. si qꝛ per nix in senectute. aut qꝛ fortis. expecta paulisper ⁊ nō erit. sed si laudes eū dicēdo ꝙ bonis artib⁹ doctus ē. et valde erudit⁹. ⁊ in quātum licet homi ni sapiēs est. tūc ipm vere laudas. qꝛ hoc non est a patre hereditariū. nec casu pendulū nec corꝑe caducū. nec etate mutabile ¶ Empedocles
Tria sunt in tota rerū varietate precipua que philosophiam magnifice extollūt scꝫ mobilis affluētie cōtemptus. future felicitatis appetit⁹. mē tis illustratio. quorum primo nihil est honestius vel vtilius. secūdo ni hil ē perfectius. tercio nihil ad amborꝫ compēdiosam adeptionem effica tius. Deus ē spera cui⁹ centrum ē vbiqꝫ et circumferētia nusquam. Em pedocles sciēs animas esse īmortales. athenis se incēdijs dedit ⁊ sibijpsi mortem intulit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Incipit logica.

Sequūtur autoritates porphyrij qui floruit athenis tempore gordiani impatoris qui cepit regnare anno dñi. cc.xlix.

Hic ſcripſit librum de yſagogis ad cathegorias ariſtotelis Iſagoga ge. id eſt inſtructio ſiue inductio. ſic vniuerſalia porphirij dicuntur introductiones ad dialecticam Cathegoria autem idem eſt ꝙ predicamētum ſiue predicatio vel ſignificatio. vnde ⁊ predicamenta ariſtotelis dicūtur cathegorie. a cathegoreo. greco verbo. Inde cathegorizo quod idem eſt. Elemēta autem quibus ſciētia verificatur quinqȝ ſunt. ſcȝ demonſtratiua. ideo ſunt libri poſteriorum ⁊ analeticorum topica. ſophiſtica. rhetorica. poetica. quibus addūtur cathegorie. ⁊ perihermenias Et ſic erunt octo partes logice id eſt triuij ſiue ſciētie ſermocinalis. Excellēter tamē dialectica dicitur ſermocinalis. q̄zuis grāmatica ⁊ rhetorica etiam ſint partes philoſophie rationalis quia logice ſiue dialectice ē ordinare cauſam reſpectu effectus per ſyllogiſmum.

Neqȝ genus neqȝ ſpēs vident̄ ſimpl'r dici. i. vno modo.

Genus primo modo ē collectio multorum deſcēdentium ab vno principio. Secundo modo eſt principium generatiōis vniuſcuiuſqȝ ſicut pater ⁊ patria. Tercio modo eſt illud cui ſupponitur ſpecies Quarto modo dicitur ad ſimilitudinem generis. Primo modo ⁊ ſecundo modo dictum cōmuniter accipitur ꝙ quando vnum nomen cōmune debetur enti rationis ⁊ enti nature. tunc illud nomen ſemper debetur enti rationis ad ſimilitudinem entis nature.

Species eſt forma vniuſcuiuſqȝ rei ſcd'm quam ſpecies priami eſt digna imperio.

Si aliquis omnia predicamēta entia vocet. equiuoce ⁊ non vniuoce ea nuncupabit id eſt analogice

Decem ſunt tantum genera generaliſſima

Specialiſſima ſcd'o in quodam numero ſunt. non tñ definitio

Indiuidua ſunt infinita.

Infinita inquit plato relinquenda ſunt ab arte. neqȝ horum fieri poſſe diſciplinam id eſt ſcientiam. Unde quia indiuidua ſunt infinita de eis non poteſt eſſe ſcientia.

Indiuiduū dicitur quod ex quibuſdam proprietatibꝰ conſtat. quorum collectio nunq̄ȝ poteſt in alio reperiri. Et ſunt ſeptē proprietates vt dicit Boetius. ſcȝ forma. figura. locus. ſtirps. nomen. patria. tempꝰ. hec ſeptem propria continet omnis homo

Omne ſuperius predicatur de ſuo inferiori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Omne quod predicatur de alio vel eſt vt plus ſcd̓m rationem eandem vel ſibi equale.
Homo differt ab aſino rationali qualitate
Eſſe vniuſcuiuſqꝫ ē idē ⁊ vnū.nec intentionē nec remiſſionē ſuſcipiēs
Genus cōtinet oēs differētias potētia.actu ꝟo nullam.
Genus eſt tanq̄̄ꝫ materia differētia tanqꝫ forma.
Species nō iungiꝉ ſpeciei vt gignat aliam ſpēm.
Proprium dicitur quadrupliciter. Primo modo quod ineſt ſoli ⁊ non omni.vt eſſe medicum.Secundo quod ineſt omni ⁊ non ſoli.vt eſſe bipedem.Tercio qd̓ ineſt omni ſoli ⁊ nō ſemper vt caneſcere in ſenectute.
Quarto qd̓ ineſt omni ſoli ⁊ ſemꝑ vt riſibile eſt ꝓpriū homīs.
Proprium cōuertiꝉ cum eo cuiꝰ eſt ꝓprium.
Accidens eſt qd̓ adeſt vel abeſt p̄ter ſubiecti corruptionē
Accidentiū aliud eſt ſeꝑabile.aliud ē inſeꝑabile
Sublato aīali auferꝉ rōnabile ⁊ irrōnabile.

Incipiunt predicamēta ariſtotelis vbi agiꝉ de pte ſyllogiſmi remota ſcȝ termio.ſȝ de parte ꝓpinqua agitur in libro perihermenias ſcȝ de enūciatione prout accipit formam ꝓpōnis

Equiuoca dicūtur quorum nomē eſt cōmune ⁊ ratio ſubſtantie ſcd̓m illud nomen ē diuerſa
Uniuoca dicūtur per contrarium.
Denominatiua dicūtur quecumqꝫ ab aliquo ſolo caſu differētia ſunt vt ab albedine albus.
Grāmaticus d̓r denomīatiue a grāmatica.vnde habemꝰ ꝙ cōcretum denominatiue d̓r a ſuo abſtracto.
Impoſſibile ē eſſe accn̄s ſine eo in quo eſt.i.ſine ſubiecto.
Omnis color eſt in corpore.
Sciētia eſt in oīa ſicut accn̄s in ſubiecto.
Quādo alterꝫ de altero p̄dicaꝉ vt de ſubiecto.quecūqꝫ de eo qd̓ predicatur dicūtur oīa de ſubiecto dicūtur.
Diuerſoꝫ generū ⁊ nō ſubalternatim poſitoꝫ diuerſe ſunt ſpēs ⁊ dr̄e
Superiora de inferioribꝰ ſemper p̄dicanꝉ
Decem ſunt entia incōplexa vt ſubſtātia quātitas ⁊c̄.
Deſtructis primis ſubſtātijs id eſt indiuiduis.impoſſibile eſt aliquod aliorum remanere.
A principali ſubſtātia.i.indiuiduo ſubſtātie nulla erit p̄dicatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Cõmune eſt omni ſubſtantie in ſubiecto non eſſe
Oppoſita habent fieri circa idem
Ois ſubſtãtia videt̃ hoc aliq̃d ſignificare. ⁊ hoc dubitãter. verũ eſt in pri
mis ſubſtãtijs. in ſecũdis ſilr̃.
Ab eo quod res ē vel non ē. oratio dr̃ vera vel falſa
Quãtitatis aliud cõtinuũ. aliud diſcretum.
Qđ ſemel eſt dictum amplius reſumi nõ poteſt.
Magnũ paruũ longum breue. nõ ſunt in genere quãtitatis. ſed relatio
nis. q2 vnũquodq3 eoꝝ dr̃ ad aliq̃d.
Si magnũ. ꝑuũ ꝑ ſe diceret̃ nunq̃3 mons diceret̃ ꝑuꝰ. nec granũ milij
magnum. Ex quo trahitur illa autoritas. quod per ſe tale ſꝑ ⁊ reſpectu
cuiuſlibet ē magnum
Quanta ē ſuꝑficies tm̃ album eſſe dicis.
Aliqñ nomĩa fingere neceſſe ē ſi alicui nomē nou fuerit impoſitũ mul-
ta ſunt aĩalia capita nõ habentia
Multa ſunt ſcibilia de quibꝰ non ē ſcientia
Scibile prius eſt ſcientia.
Relatiua ſic ſe hñt ꝙ poſita ſe ponũt ⁊ perempta ſe perimũt
Quicunq3 diffinitiue nouerit vnum correlatiuorum diffinitiue noſci-
turus eſt ⁊ reliquũ.
Partes ſubſtantie ſunt ſubſtantie
Dubitare de ſingulis non eſt inutile
Qualitas ē ſcd̃m quam quales eſſe dicimur.
Scĩa ē de numero ꝑmanentiũ. ⁊ difficile mobiliũ ab eo q̊ mediocrit̃ ſu-
mit ſciam niſi grãdis fiat ꝑmutatio ab egritudĩe. vel ab aliq̃ huiõi.
Boetius dt̃. ꝙ ſcĩa feſtinata marceſcit mediocriter autē ſumpta augmē
tatur ⁊ creſcit.
Si vnum cõtrarioꝝ fuerit quale ⁊ reliquũ erit quale
Si vnum cõtrarioꝝ fuerit in natura. nõ ꝓptea oportet reliquũ eſſe ĩ na
tura. vt oĩbus exiſtētibus ſanis non ē egritudo.
Prius dr̃ multis modis ſcȝ natura. tp̃e. ordĩe. dignitate ⁊ cĩ
Sanitas ⁊ egritudo ſunt cõtraria ĩmediata
Spēs ſil̃r ſunt ſub gñe. Itē dt̃ Boe. ꝙ ſpēs ſũt coequeue ſub eodē gñe.
Motui quies eſt contraria
Motus ſex ſunt ſpēs. generatio. corruptio. augmētatio. diminutio. al-
teratio. ſcd̃m locum mutatio.

¶ Autoritates libri perihermenias ariſtotelis

Et dr̃ a ꝑpõne peri. i. de et hermenia. e. i. interꝑtatio. ⁊ ſunt due dcõnes.

e A que ſunt i voce ſunt eaꝝ q̄ ſunt in aïa paſſionū note

Et ea que ſcribūtur. eorum que proferūtur. ⁊ littere ſcripte ſunt ſigna vocum.

Circa ꝯpōnem ⁊ diuiſionē cōſiſtit veritas ⁊ falſitas

Cum dr̄ cathonis ē vel non ē. neqꝫ veꝝ neqꝫ falſum ſ̄cat̄ ex quo cōmuniter trahit̄ ꝙ veꝝ et falſum ꝑſupponūt congruū

Verbum ē nota eoꝝ que de altero dicūtur

Nomē infinitum equaliter dr̄ de ente ⁊ nō ente

Significare ē intellectum cōſtituere.

Hoc ꝟbū eſt ſ̄t quandā ꝯpōnē quā ſine extremis non ē intelligē.

Neceſſe ē omnem enunciationē conſtitui ex verbo. vnde ſine verbo perfecta nō redditur oratio.

Rerum alie ſunt vl̄es. alie particulares

Uniuerſale ē qđ aptum natum ē predicari de pluribus.

Et ſingulare ꝙ nō predicat̄ de pluribus

Hoc ſignum oīs non ē vl̄e. ſed ſ̄cat vniuerſalit̄. i. deſignat ꝙ vnuſquiſqꝫ terminus teneatur vniuerſaliter.

Quod fit non eſt.

De futuris cōtingentibus nō eſt determiāta veritas

Unum tantum opponitur vni.

Oīs affirmatio vel negatio aut ē vera aut falſa. ſꝫ nō p̄t eſſe ſil̄ ꝟa aut flā

Nō oīa fiūt ex neceſſitate. ſꝫ multa fiūt a caſu ⁊ ad vtrūlibet

Propter noſtrū affirmare vel negare nihil ſequit̄ in re

Nos videmur eſſe principiū futurorum multoꝝ. ab eo ꝙ cōſiliamur et agamus aliquid.

Duplex ē neceſſitas. ſcꝫ abſoluta ⁊ cōditionata.

Omne qđ eſt. qn̄ eſt neceſſe ē eſſe. Et omne qđ non ē qn̄ eſt. neceſſe ē nō eſſe. Sed omne qđ eſt ſimpl'r eſſe ē neceſſe

¶ Gilbertus autor ſex principioꝝ.

Iſte liber tractat de dicibili incōplexo nō inherēte intra. ſicut in libro p̄dicamentoꝝ ariſtotelis. ſed de incōplexo extra

Forma ē ꝯpōni cōtingēs. ſimplici ⁊ inuariabili eſſentia cōſiſtens.

Omne cōpoſitū adueniēs cōpoſito facit ipm̄ maius.

Triplex ē ſubſtātiale ſcꝫ materiale formale ⁊ cōpoſitum.

Natura occulte operatur in pluribus

Omnis cōmunitas a ſingulari procedit

Creator creaturarum naturam certo modo ſtabiliuit.

Anima dum agit immobilis perſeuerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Impoſſibile ē non corpus corꝑaliter moueri.
Oīs actio in motu ⁊ oīs motus in actiōe firmabit̄
Actio eſt ꝓprietas ſm quā in id qđ ſubijcit̄ agere dicimur.
Paſſio ē effectus illatioq̄ȝ actionis.
Qñ eſt. qđ ex tꝑis adiacētia derelinquit̄.i.qñ eſt diſpō derelicta in re tē
porali.ex adiacentia tꝑis ad rem tꝑalem ſcd̄m quam aliq̄d eſſe vel fuiſſe
vel futurum eſſe dicitur.
Aīa cōiuncta corꝑi cōplexionē corꝑis imitatur.
Qui frigide ⁊ ſicce cōplexionis ſunt vt melancolici in autumno demen-
tiores ſunt ſeipſis.ſanguinei autē in vere.
Ubi ē circūſcriptio corꝑis a loci circūſcriptiōe ꝓcedens.
Ubi ē diſpoſitio derelicta a re locata ex adiacētia loci ad rem locatā ſm
aliquā aliquid dr̄ eſſe in loco
In loco dr̄ eſſe quicq̄d a loco circūſcribitur.
Duo corꝑa nō pn̄t eſſe ſimul ī vno loco.nec vnū corp⁹ in diuerſis locis.
Eadem vox ꝑuenit ad aures multoꝝ ſed nō eadem in numero .ſed ſcd̄m
ſimilitudinem ⁊ ſpeciem
Nec locus ē ſine corꝑe nec corp⁹ ſine loco.
Poſitio ē partium generatiōis ⁊ rei generate ordinatio.i.poſitio eſt di
poſitio derelicta ex ordinatiōe partium ſuarum reſpectu loci ſcd̄m quē
dicit̄ ſedere vel ſtare.
Habit⁹ eſt corpoꝝ et coꝝ q̄ circa corp⁹ ſunt adiacētia.i.habit⁹ eſt.diſpo-
ſitio derelicta a re habēte ex adiacētia rei habite ad habēs
Impoſitio ſuꝑlatiui ē facta ī termīo vltra quē trāſgredi ē impoſſibile
Poſſibili poſito ineſſe nullū ſequit̄ impoſſibile.
Si oēs puncti cōponerētur nō facerent lineam

¶ Sequūtur auto.ꝑmi libri prioꝝ ariſtotel'.

Et in libris prioꝝ tractat̄ de dicibili cōplexo ordinato ad omnem mate
riam indifferēter ſcȝ de generali modo faciendi ſyllogiſmum. Sed in li
bro poſterioꝝ tractat̄ de dicibili cōplexo contracto ad aliquā materiam
determinatā ſcȝ de ſyllogiſmis demōſtratiuis. In topicis vero quantum
ad materiam probabilem. In elenchis quātum ad materiam ſophiſti-
cam.q: de ſyllogiſmis ſophiſticis ⁊ apparētib⁹ ſed nō exiſtētibus
Ropoſitio eſt oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo.
vel alicuius ab aliquo.
Terminus ē in quem reſoluit̄ propoſitio.
Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis ex neceſſitate accidit
aliud ex eo ꝙ hec ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Dici de omni eſt quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto diſtributo maio-
ris quin de eo predicatur predicatum
Dici de nullo per oppoſitum.
Uniuerſalis negatiua ꝛ ꝑticularis ſimpl'r cōuertūtur
Uniuerſalis affirmatiua cōuertit' in ꝑticularē affirmatiuā
Quādo oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti. tunc conſequen
tia fuit bona.
Quicq̄d ſequit' ad an̄s ſequit' ad cōſequēs.
Syllogiſmus ē neceſſarius exponibilib⁹ ꝛ expoſitis vnde ſumit' quicq̄d
eſt verum de exponēte. etiam ē verum de expoſita. vnde exponētis ꝛ expo
ſiti eadem eſt virtus.
Quando vtraq̄ʒ premiſſarum eſt de neceſſario. tunc concluſio erit de ne-
ceſſario.
Maiori exiſtenti de neccārio ꝛ minori de ineſſe. cōcluſio erit de neccārio
Poſſibile poſito ineſſe nullum ſequit' impoſſibile.
Cōtingēs d'r duob⁹ modis. vno modo q̄d fit vt frequēter. vt hoīem ca-
neſcere in ſenectute ꝛ tale d'r cōtingēs innatū. Alio modo d'r cōtingens
ꝙ quātum ē de ſe. habet ſe indifferēter ad eſſe ꝛ ad nō eſſe. vt me ambula-
re terremotum fieri. ꝛ tale d'r cōtingens infinitum.
Quādocūq̄ʒ ex oppoſito cōſequentis infertur oppoſitum antecedentis.
tūc prima cōſequentia fuit bona.
Omnis ſyllogiſmus habet fieri per tres terminos ꝛ duas ꝓpoſitiones
et vnam concluſionem.
Exēpla ponim⁹ nō ꝙ ita ſunt. ſʒ vt ſentiāt addiſcētes q̄ addiſcūt
Nō idem ꝟcat eſſe nō album ꝛ nō eſſe album

¶ Sequūtur auto. ſecūdi libri prioꝝ ariſtotel'.

Ex falſo bene ſequit' veꝝ. ſed ex vero nunq̄ʒ ſequit' falſum. ſʒ ſemꝑ ve
rum. vn̄ ex falſo veꝝ. ex vero nil niſi veꝝ
Petere q̄d eſt in ꝓncipio ē qn̄ demonſtrat' ꝓpoſitū q̄d fit q̄ttuoꝛ modis
Primo modo quando demōſtratur omnino propoſitum.
Secundo quando demonſtratur per ignorantiam.
Tercio quando demonſtratur per ea que aliqualiter ſunt ignota
Quarto quando prius demōſtratur per poſterius.
Si cōcluſio ē falſa oportet aliquā premiſſaꝝ eſſe falſam.
Qn̄ extrema cōuertunt' neceſſe ē medium cōuerti.
Magis eligēdum ē velle bene agere q̄ʒ agere. vn̄ magis eligēda ē volun
tas ſine actiōe q̄ʒ actio bona ſine volūtate.
Inſtantia ē propoſitio ꝓpoſitioni contraria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Enthimema cōſtat ex ycotib⁹ ꝛ ſignis. vñ ycos eſt ꝓbabil' ꝓpō.
Probabile eſt qđ ſcit' eſſe verꝫ vt in plurib⁹. Vñ ycos eſt ꝓpō ꝛ ſcit' eſſe vera vt in plurib⁹. vt odire odiētes. ꝛ amare amātes
Signū eſt ꝓpō demonſtratiua ꝛ nccāria ꝛ ꝓbabilis
Per ſigna corporis nobis nota. ſyllogiſamus diſpoſitiones corporis nobis ignotas.

¶ Autoritates ſuꝑ ꝑmū librꝫ poſteriorꝫ ariſtotel'.

Omnis doctrina ꝛ oīs diſciplina ex preexiſtēti fit cognitiōe
Tam ſyllogiſm⁹ q̄ȝ inductio ꝑ prius nota. faciūt doctrinā hr̄e
Exemplū eſt inductio. enthimema ꝟo ſyllogiſmus.
Dupl'r aliq̄ nccāria ē precognoſcē ſcȝ qꝛ eſt ꝛ q̇d eſt
De dignitate oportet p̄cognoſcē qꝛ vera ē. de paſſiōe ꝟo quid ē. ꝛ de ſubiecto vtrūqȝ. vnde hic habem⁹ ꝙ due ſunt precognitiōes ꝛ tria p̄cognita que ſunt ſubiectū. paſſio. ꝛ dignitas. Vñ iterꝫ habem⁹ ꝙ in q̄libet ſcientia oportet p̄ſupponē ſubiectū eſſe ꝛ q̇d ſignificet ipm̄ paſſionē nō oportet ſupponē eſſe ſed tm̄ quid ſignificet.
Qđ addiſcit aliq̄s hoc ſcit. quodāmodo ꝛ neſcit quodāmodo. neſcit ipm̄ in ꝓpria forma. ſcit tñ ipſum in potētia
Scire opinamur vnūquodqȝ quod ē ſimpliciter. ſed non ſophiſtico modo quod ē ſcđm accidens
Scire ē cauſam rei cognoſcere. ꝛ quoniam illius ē cauſa ꝛ non cōtingit aliter ſe habere.
Cui⁹ ſimpl'r ē cauſa hoc impoſſibile ē aliter ſe habere.
Scire ē ꝑ demōſtrationem intelligere.
Demōſtratio ē ſyllogiſm⁹ faciēs ſcire qđ in habēdo demr̄ationē ſcim⁹
Neceſſe ē demōſtratiuam ſciam fieri ex primis veris immediatis priorib⁹ notiorib⁹ cauſiſqȝ cōcluſionis.
Qđ non ē non cōtingit ſcire. ex q̄ habem⁹ ꝙ de nō ente non ē ſcīa.
Scīa eſt illorꝫ quorum ē demonſtratio
Dupliciter ſunt priora ꝛ notiora. ſcȝ prius ꝛ notius natura ꝛ prius et notius quo ad nos
Priora ꝛ notiora q̄ ad nos ſunt illa q̄ proxima ſunt ſenſui. ſed ꝑora ſimpliciter ꝛ ſm̄ naturā ſunt illa q̄ remotiora ſunt a ſenſu
Remotiora vero a ſenſu ſunt maxime vniuerſalia
Proxima autem ſenſui ſunt maxime particularia.
Idem dico primum ꝛ principium

Principiū demonſtratiōis eſt ꝓpoſitio imediata.
Propoſitio autē immediata ē qua nō eſt altera prior
Dialectica ꝓpoſitio ē accipiēs quālibet ꝑtem ꝯtradictiōis
Demōſtratiua āt alterā determinās ſcꝫ veram
Contradictio ē oppoſitio cuiꝰ ſcđm ſe nō eſt dare mediū
Pars cōtradictionis que ꝑ̄cat aliqđ de aliquo eſt affirmatio. q̄ autē ꝑt aliquid ab aliquo eſt negatio.
Definitio eſt ꝓpoſitio quedā non autē ſuppoſitio
Suppoſitio đt aliquid eſſe vel nō eſſe
Non ē idem qđ quid eſt vnitas ⁊ eſſe vnitatem
Non ſolum neceſſe ē precognoſcere ꝑ̇ma principia aut omnia aut quedam aut ꝯcluſionem. ſed ⁊ magis ꝓpter vnumquodqꝫ tale. ⁊ ipſum maius vt ꝓpter quod amamꝰ rem illud ē magis amatum ⁊ oīa poſteriora ſcimus ⁊ credimꝰ. Per ꝑ̇ma ergo illa magis ſcimus.
Neceſſe ē magis credere ꝑ̄miſſis q̄ꝫ concluſioni.
Principijs nihil notius eſt in veritate ⁊ oppoſitis eorum nihil eſt notius in falſitate.
Principia cognoſcimꝰ inquātum terminos cognouimus.
Non contingit aliquid circulariter demonſtrare niſi in terminis conuertibilibus ⁊ proprijs.
Impoſſibile ē eadē eſſe priora notiora ⁊ ſapiētiora eodē modo.
Ad minꝰ ex duabus ꝓpōnibꝰ contingit ſyllogiſare
Una ꝓpoſitio poſita nihil ſequiꝛ ſyllogiſtice.
Demōſtratio eſt ſyllogiſmꝰ ex neceſſarijs
Per ſe ꝑ̇mo ſunt quecūqꝫ in rōne dicēte ꝙ q̇đ eſt inſunt. vt triangulo ineſt linea. ⁊ punctū linee. ſubſtātia eīn hoꝝ eſt in his
Per ſe ſecūdo. ſunt quecumqꝫ inſunt ipſis que in rōne inſunt. vt ꝓpria paſſio per ſe eſt in ſubiecto.
Item ꝑ ſe ſunt q̄ non dn̄r de quodā alio ſubiecto vt ſubſtātia
Item per ſe ſunt propter quod ineſt aliquid tanq̄ꝫ per cauſam.
Hic habemꝰ ꝙ quattuor ſunt modi dicēdi ꝑ ſe. quoꝝ primus ⁊ ſecūdus tm̄ ingrediūtur demōſtrationem
Item per ſe preſupponit de omni.
Uniuerſale ſiue ꝑ̇ncipiū dico. qđ cum de omni ſit ꝑ ſe eſt ⁊ ſcđm qđ ipſum eſt: idem vt punctū ꝑ ſe in linea. ⁊ ſcđm quod ipſum.
Ex veris eſt demonſtratiue ſyllogiſare.
Ex nō neccārijs cōtingit neccāriū ſyllogiſare. ſicut veꝝ ex nō veris ſed ex nō neceſſarijs nō cōtingit demōſtrare. qꝛ omne mediū erit ex neceſſitate.

Demõſtratio eſt eoꝝ que ſunt ꝑ ſe ⁊ nõ eoꝝ que ſunt ꝑ accñs.
Accidens contingit non eſſe.
Per quid ſcire eſt per cauſam ſcire.
Non cõtingit ex alio genere deſcẽdẽtem demõſtrare vt geometricum in arithmetica.
Tria ſunt necãria in demõſtratiõe quoꝝ vnũ eſt qđ demõſtrat᷑.ſcꝫ cõcluſio hoc ſcꝫ qđ ineſt alicui grã ꝑ ſe. Aliud aũt eſt dignitas
Dignitates ſunt ex quibus fit demonſtratio.
Tercium eſt ſubiectum ⁊ eius paſſiões
Neceſſe eſt medium ⁊ vltimum in demõſtratione eſſe ex eodem gene.
Nec ſciẽtia nec demõſtratio eſt corruptibilium.ſed ꝑpetuoꝝ
Definitio eſt principium demõſtrationis.vel concluſio vel tota demonſtratio poſitione differens.
Difficile ẽ noſcere.ſi aliqͥs ſciuit vel non.
Difficile enim noſcere ſi ex vniuſcuiuſqꝫ principijs ſcim⁹ aut non quod vere ſcimus.
Si ex principijs ⁊ ex veris.habeamus ſyllogiſmum opinamur ſcire ſed hoc non eſt ſufficiens.ſed etiam oportet ſcire ex quibus ſcitur vt ſunt ꝓpria principia.
Nõ eſt neceſſe eſſe ſpẽs.i.ideas aut vnũ aliqđ extra multa
Oẽs ſcie cõmunicãt ſm cõmunia ꝓncipia ex qͥb⁹ demõſtrant᷑.
Unaqueqꝫ ſcia hꝫ interrogatiões ⁊ diſputatiões.
Demonſtratiões non augent᷑ per media.ſed in poſt aſſumpto.⁊ in lat⁹.
Demõſtratio cõtingit dupl'r.vel qꝛ ꝓcedit ꝑ effectũ.vel cãm remotã
Duplex ẽ ſcire ſcꝫ qꝛ eſt ⁊ ſcire ꝓpter qđ eſt
In ſciẽtijs diuerſis ſepe vna ſcia đt quod alia ꝓpter quid quia vt medicina dicit ꝙ vulnera circularia tardius ſanãtur qͣꝫ oblonga.ſed propter quid illud dicit geometria.
Sciẽtes vniuerſale.ſepe neſciũt particulare
Figuraꝝ maxime faciẽtes ſcire eſt prima figura
Coordinatiões predicamẽtorum non cõmunicantur
Unde quod eſt in vna coordinatiõe non eſt in alia.
Unde habem⁹ ꝙ eſſentie ꝑdicamẽtoꝝ ſunt inpermixte.
Ignorãtia eſt duplex ſcꝫ ſm negationẽ ⁊ diſpõnem.
Si aliqͥs ſenſus defecerit neceſſe ẽ ſciam illi⁹ ſenſus deficere
Aliud addiſcimus ꝑ demõſtrationẽ.aliud ꝑ inductionẽ
Singularium eſt ſenſus
Omnis ſyllogiſmus fit ꝑ tres termĩos ⁊ duas ꝓpõnes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Non cõtingit ire in infinitũ in predicamẽtis nec aſcẽdendo nec deſcen-
dendo. ſed vtrobiq; eſt ſtatus.
Que eſt ꝯpatio principij ad ꝑncipiũ eadem ẽ principiati ad ꝑncipatũ
Impoſſibile eſt infinita pertrãſire.
Gaudeãt genera ⁊ ſpẽs platonis qm̃ ſi ſunt monſtra ſunt. ⁊ ſi nõ ſunt ni-
hil ad rõnem vel demõſtrationẽ ꝓſunt demõſtratiões
Qualitas non eſt quantitas.
Unum predicatur de vno.
Demonſtratio vniuerſalis particulari eſt potior
Affirmatiua potior eſt negatiua
Demõſtratio oſtenſiua potior eſt ducẽte ad impoſſibile
Potior ẽ demõſtratio q̃ eſt de eſſe q̃ꝫ que nõ eſt de eſſe
Uniuerſale nõ eſt minus q̃ꝫ ꝑticulare. ſꝫ maius. qꝛ ipm̃ eſt incorrupti-
bile. ꝑticulare ꝟo corruptibile. ex q̃ ⁊ multis dictis alijs in iſto libro ⁊ di-
cẽdis habemꝰ qꝫ vl'ia ſunt ſempiterna. ⁊ ſpẽs rerꝫ ſunt eterne
Uniuerſalis magis eſt cauſa q̃ꝫ patticularis. cui per ſe ineſt aliquid hoc
idem eſt cauſa ſuiipſius.
Cognoſcẽs vl'e. cognoſcit ⁊ ꝑticulare ⁊ nõ ecõuerſo
Uniuerſale ẽ intelligibile. ꝑticulare ꝟo ſenſu percipit.
Prius eſt eſſe q̃ꝫ non eſſe
Certior eſt ſcia q̃ eſt ipſius ꝓpter quid q̃ꝫ que alterius
Item certior eſt que non eſt de ſubiecto cõtracto ad materiam q̃ꝫ que eſt
de ſubiecto contracto.
Unitas nõ eſt ſubſtãtia ſine poſitiõe ſꝫ punctũ eſt ſbã poſitionẽ habẽs
Singulare ẽ hic ⁊ nũc. ſed vl'e eſt vbiq; et ſemꝑ
Senſus ẽ ſingulariũ. ſcia vero vniuerſaliũ
Impoſſibile ẽ oĩm eſſe eadem principia
Scia ẽ neceſſariorꝫ verorꝫ non cõtingentiũ aliter ſe habere
Sollertia ẽ ſubtilitas quedã. ⁊ non tp̃e medio

¶ Sequũtur auto. ſecũdi libri poſteriorꝫ ariſto.

Ueſtiones ſunt equales numero his q̃ vere ſcimus
Queſtiões ſunt quattuor ſcꝫ quid ẽ. et ꝓpter q̃d ſi eſt. quia eſt.
Et iſte reducunt ad queſtionem medij
Cauſa ⁊ medium ſunt idem
Unius inquantum vnius vna ẽ ſcientia.
Definitio ẽ cognitio ſubſtãtie ⁊ ipſius qd̓ quid eſt
Impoſſibile ẽ quod quid ẽ ſcire ⁊ ignorare ſi eſt.
Ipſius quod quid ẽ non ẽ demonſtratio.

Per omne genus cauſe cõtingit demonſtrare.
Scire opinamur cum cauſas rei cognoſcimus.
Quattuoꝛ ſunt cauſe.
Unum ⁊ idem nõ contingit eſſe ꝓpter quid. ⁊ quid ẽ. vt ſi queratur q̊d
eſt tonitruus. ⁊ dꝛ ꝙ eſt extinctio ignis in nube
Et ſi q̄ratꝛ ꝓpter q̊d tonat. dꝛ qꝛ in nube ignis extinguitꝛ
Ambulare poſt cenam eſt cauſa ſanitatis propter non eminere cibos in
oꝛificio ſtomachi.
Interpoſitio terre inter ſolem ⁊ lunã eſt cauſa eclipſis lune
Mediũ in demõſtratiõe ẽ ratio p̄mi termĩ. i. maioꝛis extremitatis
Cauſa ⁊ effectus debẽt eſſe ꝓpoꝛcionata. vñ eius q̊d eſt in fieri debet eſſe
cauſa in fieri. ⁊ eius q̊d eſt in facto eſſe. debet eſſe cã in facto eſſe ⁊c̄t
Sicut ſe hꝫ linea ad punctũ. ſic ſe hꝫ illud q̊d fit ad factũ eſſe
Quedam ſunt ſemꝑ quedã vt frequẽter. vt non oẽs maſculi ſunt barba-
ti in maxillis ſemꝑ. ſed vt frequẽter
Ex ſingularibꝰ opoꝛtet vniuerſalia accipere.
Equiuocatiões magis latẽt in vniuerſalibus q̄ꝫ in inferioꝛibꝰ
Naſus magis fluit in fine menſis. qꝛ finis magis ẽ humidioꝛ
Omnis arboꝛ habẽs lata folia fluit.
Fluere eſt ſuccum denſatum habere.
Cauſa eſt prioꝛ eo cuius eſt cauſa.
Ex ſenſu nobis fit memoꝛia. ex multis memoꝛijs experimẽtum.
Uniuerſale quieſcẽs in aĩa eſt principiũ artis ⁊ ſcie
Sentire eſt ſingularis. ſed ſenſus ẽ vniuerſalis
Principioꝝ habitus nõ eſt ſcĩa ſed intellectus.
Uniuerſale ẽ vnum in multis. ⁊ vnũ preter multa
Principia non ꝯgnoſcimus per demõſtrationem. ſed per inductionem
vie ſenſus ⁊ memoꝛie.

¶ Autoꝛi. ſuꝑ p̄mũ libꝝ topicoꝝ ariſtotelis

Topos em̄ grece locus dꝛ. vel idem ẽ ꝙ totũ. Locus em̄ in dialectica ſi-
ue logica que ſpẽs eſt philoſophie duplex ẽ ſcꝫ intrinſecꝰ ⁊ extrinſecꝰ ⁊c̄.
et de his tractatur in hoc libro. Dialetica vero dicitur a dia ⁊ logos. quaſi
ſi dualis ſermo. quia diſputatio dyalectica fit inter duos. ſcꝫ opponẽteꝫ
et reſpondentem.

Numquodq̄ꝫ principioꝝ eſt ſibiipſi fides
Dyalectica eſt vtilis ad tria ſcꝫ ad exercitationem. ad obuiatio-
nem. ⁊ philoſophie diſciplinas

Dyalectica inquiſitiua ad omnium methodoꝝ principia viam habet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Rhetor nō ſemꝑ perſuadebit. nec medicus ſemꝑ ſanabit
Definitio eſt oratio.
Proprium ē quod eſt inſeparabile.
Accidens quod adeſt vt ſupra dictum eſt.
Accidens facit vnum numero cum ſuo ſubiecto. vñ accidentia numerātur numeratione ſubiectoꝝ.
Poſitio ē opinio extranea alicuiꝰ notorum ſcḋm phiam quemadmodū poſuit eraclius omnia moueri
Syllogiſmus ē oratio in qua quibuſdam poſitis aliquid accidit ex neceſſitate. preter ea que poſita ſunt
Probabilia ſunt q̄ videnť oibus aut pluribꝰ vel ſapiētibꝰ ⁊ his vel oibꝰ vel pluribꝰ vel maxime notis ⁊ ꝓbabilioribꝰ.
Genus eſt quod predicať de pluribus.
Accn̄s ē qd̄ neqꝫ ē genꝰ neqꝫ ſpēs. neqꝫ ꝓpriū. neqꝫ dr̄a ſed ē aliq̄d rei.
Idem dr̄ triplr̄. idem genere. idem numero. ⁊ idem ſpecie
Inductio ē proceſſus a particularibꝰ ad vniuerſalia.
Qui dubitat ꝙ oportet deos vereri ⁊ parentes honorare. non indiget ratione. ſed pena.
Qui etiam dubitat vtrum nix ſit alba vel non. nō indiget rōne ſꝫ ſenſu.
Quot modis dr̄ vnū oppoſitoꝝ tot modis dr̄ et reliquū
Delectatiōe que ē circa ſpeculatiua nulla triſticia ē admixta
Diuerſorum generum ⁊ nō ſubalternatim poſitorum diuerſe ſunt ſpecies ⁊ differentie.

¶ Sequūtur auto. ſecūdi libri topicoꝝ ariſto.

Nullū genꝰ denomiatiue p̄dicať de ſuis ſpeciebꝰ. ſed vniuoce

Iniuſticiā facere nō ineſt deo qꝛ iniuſticiam facere idem ē ꝙ ſpōte nocere. ſed ſpōte nocere non ē in deo
Inuidus ē qui triſtatur proſperitate bonoꝝ.
Reprehēſor eſt qui triſtať de proſperitate maloꝝ.
Inuidia ē triſticia in apparēte proſperitate alicuiꝰ.
Loquēdum ē vt plures. ſapiēdum vero vt pauci.
Alialia ſemꝑ nutriūtur non tñ augentur.
Scire non ē idem ꝙ reminiſci. quia ſcire cōtingit circa pn̄tia ⁊ futura. reminiſci autem ſolum circa futura
Quecūqꝫ inſunt ſpeciei. inſunt ⁊ generi
Homīes vt in pluribꝰ ſunt mali. In paucioribꝰ autem boni
Motis nobis mouenť omnia que in nobis ſunt
Idem ē ſuſceptibile contrariorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Plura poſſunt vni eſſe contraria
Plura bene cõtingit ſcire. ſꝫ non cõtingit plura intelligere
Qđ iuſte fit eſt ſciẽtis. qđ iniuſte eſt ignorãtis.
Quoꝝ generatiões ſunt bone ipſa q̃ꝫ bona. Silr̃ de malo.
Simplr̃ dico qđ nullo addito dico.

Sequũtur auto. tercij libri topicoꝝ ariſtotel'

Mnia bonum appetunt
Qđ ꝑ ſe eſt eligibile magis ẽ eligẽdum q̃ꝫ quod ꝓpter aliud
Qđ plures vel oẽs eligũt magis ẽ eligẽdum
Qđ difficilius. magis ẽ eligẽdum q̃ꝫ quod facilius
Iniuſtum non in genere. ſed iniuſticia in genere eſt.
Ex q̃ habet̃ q̓ accidens. in cõcreto nõ eſt in gñe p̄dicamẽti ꝑ ſe
Robur conſiſtit in neruis ⁊ oſſibus
Finis ẽ magis eligẽdus his que ſunt ad finem.
Cuiꝰ finis eſt melior ipſum quoqꝫ melius
Amicicia melior eſt diuitijs.
Neõ eligat iuuenes ĩ duces qm̃ nõ ꝯtigit eos eẽ prudẽtes ipm q̃ꝫ meliꝰ
Temperãtia magis ẽ eligẽda in iuuenibus q̃ꝫ in ſenibus. quia iuuenes plus cõcupiſcentijs moleſtãtur.
Si oẽs iuſti eſſent. nihil vtilis eſſet fortitudo. ſꝫ ſi oẽs eſſent fortes. adhuc vtilis eſſet iuſticia. ergo melior eſt iuſticia q̃ꝫ fortitudo
Illud qđ aſſimilat̃ meliori melius eſt.
Si optimũ alicuiꝰ generis ẽ ipm ſimplr̃ melius ẽ altero ⁊ ecõuerſo. vt ſi optimꝰ hõ melior eſt optimo equo ſimplr̃ hõ eſt melior equo
Licet meliꝰ ſit philoſophari q̃ꝫ ditari. tamen indigẽtibꝰ meliꝰ eſt ditari q̃ꝫ philoſophari.
Melius ẽ bene viuere q̃ꝫ male viuere.
Studere negamus. vt ingenioſi videamur
Illud ẽ albius. qđ nigro eſt impmixtius.
Tale additum tali. facit ipſum magis tale

Sequũtur auto. quarti libri topicoꝝ ariſto.

Mpoſſibile ẽ eſſe aliqđ genꝰ ꝑticulare qđ nõ ꝑticipat naturã aliquã ſuaꝝ ſpecieꝝ. Vñ nihil ẽ in genere qđ nõ ſit ĩ aliq̃ ſuaꝝ ſpẽꝝ.
Genus de pluribꝰ predicatur q̃ꝫ ſpecies
Omne genus plures habet ſpecies.
Sicut ꝓpoſitum in ꝓpoſito. ſ. oppoſitũ in oppoſito.
Donum eſt datio irredibilis.
Nihil prohibet animam ſuijpſius ſciam habere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Mediū eſt in eodem genere cum extremis.

Si q̇d oīno ex ſpē ꝑmutatū eſt. illud nō ↄtingit ampliꝰ idem ꝑmanere.

Ex q̄ habemꝰ ꝙ deſtructa ſpecie īpoſſibile ē indiuiduū gn̄is idē nūero ꝑ (manē

Pars nullo modo p̄dicat̃ de ſuo toto.

Uinū non ē aqua in vite putrefacta. qđ tn̄ voluit empedocles.

Nemo đr eſſe talis eo ꝙ poſſit eſſe talis. vel qꝛ poſſit facē tale.

Poſſunt eīm deus ⁊ ſtudioſus praua agē. ſed tn̄ non ſunt huiōi

Quod fit nō eſt. Nō entis nō ſunt ſpēs ⁊ differētie

¶ Sequūtur auto. quīti libri topicoꝝ ariſtotel̃.

Ꝗ aliq̇d đr eſſe ꝓpriū alteriꝰ ⁊ nō ſepat ipm ab oibꝰ alijs non bene aſſignatum ē eſſe ꝓprium

Gratia diſcēdi ꝓprium aſſignat̃. vnde ꝓpriū debet aſſigńri ꝑ notiora.

Sentire đr dupl'r. ſcꝫ habere ſenſum ⁊ vti ſenſu

Cōturbat audiētem qđ frequēter dicit̃.

Omne ſenſibile extra ſenſum factum incertum fit. qꝛ dubium eſt an ſit vel non ſit qn̄ recedit a ſenſu.

Et qui oīno inſtat. omnino aduerſandū eſt.

Oppoſita ſunt ſimul natura.

Q̇đ per ſupabundātiam đr vni ſoli cōuenit.

Tres ſunt ſpecies ignis ſcꝫ. lux. flamma ⁊ carbo. Et hoc eſt verum ſcđm opinionem aliquorum.

Impoſſibile eſt idem eſſe ꝓpriū pluriū. ſicut ſimpl'r ad ſimpl'r magis ad magis. maximū ad maximū. ⁊ ecōuerſo.

¶ Sequūtur auto. ſexti libri topicoꝝ ariſto.

Enꝰ maxie coꝝ q̄ ſunt ī definitiōe videt̃ definiti ſubſtātiam ſ̃care

Uilius ē quodlibet feciſſe q̄ꝫ bene feciſſe

Oportet definientē planiſſima īterp̄tatiōe vti. eo ꝙ cā cog̃ſcēdi tradit̃ definitio. Un̄ definitio nō debet eē obſcura nec aliq̇d ſupfluū cōtinere

Ductio ⁊ cōmenſuratio ſunt equiuoca

Ex qua habet̃ cōmuniter qđ omne nomē verbale in cio ē equiuocū vide licet ꝙ tria ſ̃cat. ſcꝫ agentis actionem. rei paſſe paſſionem. ⁊ ipſam rem paſſam ſiue actum inter medium.

Equiuocoꝝ non ē definitio. vnde ſoliꝰ vniuoci eſt definitio.

Omne incōſuetum eſt obſcurum.

Oēs trāſferentes ſ̃m aliquā ſimilitudinē ſe tranſferūt.

Imago eſt cuiꝰ generatio ē per imitationem

Illud ē ſupfluū definitiōe q̄ ablato qđ remanet ſatꝭ maīfeſtū qđ definit̃

Flegma ē humidū primū a cibo indigeſtum

Definitio debet dari ꝑ priora ⁊ notiora. qꝛ oīs doctrina. ⁊ oīs diſciplina ex priorib⁹ ⁊ notioribus fit.
Uni⁹ ⁊ eiuſdē rei non pn̄t eſſe plures definitiōes. ſed tm̄ vna
Oīs bona definitio debet cōſtare ex genere ⁊ differētijs. qꝛ iſta ſunt priora ⁊ notiora q̄ȝ ſpēs que definit̄
Simpliciter notum eſt. qđ omnibus notū eſt.
Oppoſitoꝝ eadem eſt diſciplina
In definitiōe vnius correlatiui debet poni relatiuū ⁊ ecōuerſo. qꝛ impoſſibile ē vnū cognoſci abſq̄ȝ reliquo
Dies ē latio ſolis ſuꝑ noſtrum hemiſperiū
Grāmatica ē ſciā ſcribēdi et recte intelligēdi illud qđ profert̄.
In definitiōe cuiuſlibet rei non debet poni genus ꝓpinquū ⁊ remotū qꝛ in genere ꝓpinquo fit definitio.
Oīs differētia ſpecifica cum genere facit ſpēm
Genus ꝑ ſe non ꝑ̄dicat̄ de differētia.
In definitiōe ꝓprie paſſiōis debet poni ſubiectū
Oīs definitio data ꝑ accn̄s vituperādā eſt
Itē definitio data ꝑ ꝯiūctionē copulatiuā ⁊ diſiūctiuā vituperādā eſt
Omnes honorem appetunt.
Finis in vnoquoq̄ȝ ē optimū. gratia cui⁹ ſunt talia
Impoſſibile ē incorporeū corꝑe cōmiſceri.
Nō qui clam ſumit ſed q̇ vult ſumere latro eſt.

¶ Sequūtur aucto. ſeptimi libri topicoꝝ ariſto.

Portet qđ maxime đ̄r et optimū vnum eſſe numero.
Que vni ⁊ eidem nō ſunt eadem. inter ſe ſunt eadem
Facilius ē deſtruere q̄ȝ cōſtruere ⁊ corrumꝑe q̄ȝ facere.
Inter oīa ꝑ̄dicta difficillimū eſt cōſtruere definitionem.
Accidens vero cōſtruere facillimū eſt.
Ueriſimile ē in multis magis fieri peccatum q̄ȝ in paucis
Na ſciā vel diſciplina ē melior altera. vel qꝛ melior eſt. id eſt de meliori ſubiecto
Maiori bono. maius malum opponitur
Dyalectica ꝓpō eſt ꝯ quā in plurib⁹ ſic ſe habentē. non ē dare inſtantiā.
Qui ex probabilioribus q̄ȝ ſit cōcluſio ſyllogiſare conatur. palam ē quoniam non bene ſyllogiſat.
Cōcedere ē reſpōdenti nō intelligēti. dicere qm̄ mime intelligo
Ille bene ſoluit rōnem q̇ eam interemit. ⁊ ꝗ falſa ſit oſtēdit
Nihil ꝓhibet quedā falſa eſſe ꝓbabiliora quibuſdā veris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Prauus ſocius eſt qui impedit cõmune opus.
Qui litigatione interrogat male diſputat.
Peccatum eſt aliquid oſtendi per longiora quod ineſt per breuiora
Vñ expſſe elicit̃ ꝙ pctm̃ eſt fieri ꝑ plura qđ pt fieri ꝑ pauciora eque bñ.
Hoc eſt habere ingenium bonum ſcđm veritatem poſſe eligere bonũ vel verum ⁊ effugere falſum
Qui bene nati ſunt benefacere poſſunt
Qui amãt bonũ ⁊ odiũt malũ de facili diſcernũt optimũ qđ prefert̃

ℭ Sequũtur auto. ꝑmi libri elenchoꝝ ariſto.

Lenchus ẽ ſyllogiſmꝰ cõtradictiõis. ab en. i. in ſiue cõtra ⁊ lexis. id ẽ ſermo vel dictio. vide ſupra añ libꝝ priorum
Imperiti velut lõge diſtãtes ſpeculãtur
Non cõtingit res ipſas nobiſcũ ferre ad diſputationẽ. ſed in diſputationibꝰ nominibꝰ pro rebꝰ vtimur
Noia ſunt finita. res ꝟo ĩfinite q̃re neceſſe ẽ vnũ nomẽ plura ſ̃care
Qui ꝟtutes vocabuloꝝ ſunt ignorãtes. de facili palogiſant̃. i. decipiunt̃
Quidã magis appetũt ſe videri eẽ ſapiẽtes ⁊ nõ eſſe. q̄ꝫ eſſe ⁊ nõ videri
Sophiſtria eſt ſciẽtia apparẽs ⁊ non exiſtẽs
Sophiſta ẽ copioſus ab apparẽte ſcĩa ⁊ nõ exiſtẽte.
Duo ſunt opa ſapiẽtis. quoꝝ primũ eſt nõ mentiri de q̇bꝰ nouit ⁊ alterũ poſſe mentiẽtem oſtẽdere id eſt cõuincere.
Oportet addiſcentem credere
Elenchus ẽ ꝯtradictio vniꝰ ⁊ eiuſdẽ. nõ nois ſolũ ſed rei ⁊ nomis nõ ſynonimi. ſꝫ eiuſdẽ ſm idẽ ſimpl'r in eodẽ tpe. Ex nihilo nihil fit.
Eadẽ eſt definitio vniꝰ ſolius rei tm̃. ⁊ rei ſimpl'r vt hois ⁊ vniꝰ homis.
Cõmunia ⁊ generalia ſunt quibꝰ ſcitis. neſcitur tamẽ ars ſed ipſis ignorantis neceſſe eſt artem ignorare.
Oẽs etiã ydiote vſq̄ꝫ ad q̇d arguũt. q̄ꝛ ſine arte ꝑticipãt illud de q̇ artificialit̃ eſt logica. vñ habemꝰ ꝙ duplex ẽ logica ſcꝫ artificial' ⁊ natural'
Oẽs vtimur quibuſdã caſibꝰ. Difficile ẽ multa cõſpicere
Oppoſitis iuxta ſe cõtrarijs maiora ⁊ minora vident̃.
Ex quo habemꝰ ꝙ oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcũt.
Iniuriã pati melius. q̄ꝫ alteri nocere

ℭ Sequũtur auto. ſecũdi libri elenchoꝝ ariſtotelis

Quod ſcimus ſepe trãſpoſitũ ignoramus.
Ad interrogatiões plures nõ eſt danda vna reſpõſio ſed plures
Arguere nõ eſt ſoluere. Nihil dat quod nõ habet.
Nihil ꝓhibet eandem orõnem plures hr̃e fallendi occaſiones

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Diuitie bone ſꝑ honeſte. ſed inſipiẽti ⁊ nõ recte vtẽti nõ ſunt bone
In nõ facere intelligit facẽ ⁊ vl'r in negatiõe intelligit affirmatio
Naſus curuus d'r ſimus. ſed pes curuus d'r ritus
Principiũ maximũ ⁊ difficillimũ eſt optimũ
Difficillimũ eſt principiũ alicu⁹ artis inuenire. ſed ipſo inuento facile eſt addere ⁊ augere reliquũ.
Principiũ eſt minimũ in quãtitate. ptãte ỽo maximũ.

¶ Nota ỽbum ſancti Iſidori hiſpalẽſis epi libro ſcdo ethimologiaꝝ q̃ꝫ dialecticã. i. logicã ſiue phiam rõnalem p̃mi phi in ſuis dcõnib⁹. i. ſmo nib⁹ habuerũt. non tñ ad artis redegere peritiam. Poſt hos ariſto. ad regulas quaſdã hui⁹ doctrine argumẽta ꝑduxit. ⁊ dialecticã nũcupauit ꝓ eo ꝙ in ea de dictis diſputat. Hec ille. Diuidit autem phia. i. amor ſapientie (a philos. i. amor. et ſophia. i. ſapia dicta) in ꝑtes tres vt d't Aug⁹ li. xi. de ciuitate. ca. xxv. ⁊ ibidẽ li. viij. ca. vi. ⁊. vij. ſ. in phicã. i. naturalẽ logicam. i. rõnalẽ. ⁊ ethicã. i. moralẽ. que ẽ finis ⁊ ꝑfectio oĩm aliaꝝ tractat⁹ de felicitate hũana. cui oẽs phi inuigilauerũt ſm Auguſ. li. viij. de ciuitate dei. ca. iiij. q̃ꝝ dicta iam faſciculariter recitata tenaci meõrie ſũt recõmendãda. Predictaꝝ autem autoritatũ ſuccincte ⁊ exacte collectarum finis adeſt. iuxta iam cõſuetam libroꝝ phie ac alioꝝ quorundã trãſlationẽ. quas nõ alphabetim ꝓut plurib⁹ q̃nq̃ꝫ placuit colligẽ libuit. ſꝫ ordiate. Iuxta text⁹ proceſſum de libro in libꝝ ſine vlla expõne ꝓpt diuerſam diuerſoꝝ ineptã ac minus cõgruentẽ expõnem ne viciijs ſcriptorum nũc tꝑis irremediabilib⁹ ſcribat liber ꝓ libro. quota ꝓ quota. ſi demum cõtingẽt eaſdẽ ex his ĩpreſſis oꝑa quorumcũq̃ꝫ diligẽti cõdenſare.

¶ In laudem ⁊ gloriã dei oĩpotẽtis nũc ⁊ in euũ. ac vtilitatẽ quorũlibet ſtudioſoꝝ qui has tenaci memoria vt phie florigerũ ſatagent incorꝑare dicẽte Seneca ep'la. cviij. In eodem prato bos herbã querit. canis leporem. ciconia lacertam ſiue ſerpẽtem. Valebũt igitur vnicuiq̃ꝫ pro ſuo artis experimento.

¶ Finitum et cõpletum eſt hoc opus Dauẽtrie per me Richardum paſraet. Anno domini. M.cccc.xcix. Vicesimaquarta Aprilis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 98